Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



fecit voluntatem patris. Dicit
ei primus. Dicit illis ihs. Amen
dico vobis: quia publicani et
meretrices precedunt vos in reg
no dei. Venit enim ad vos ioh's
in via iustitie et non credidistis
ei. Publicani et meretrices
crediderunt ei. Vos autem uidentes: nec penitentiam habuistis po
stea ut crederetis ei. Qui habet
aures audiendi audiat. Og

Oratio. Ecclesia tua quesumus domine
spiritu tuo deus. et nos
tuo fac devotam. ut dominis
subiectus officiis et tribulationibus
liber et tuis donis feliciter p
tipiant. P. Secreta. Per nos ob
lata domine deus mundet quos
renovet et gubernet et protege
at. P. Compl. Celestibus
domine pasti deliciis quesumus. ut
semper eadem per que vivere
vivimus appetamus. P. do.

Introitus. Domine in tribulatione
dereliquisti me gemitus mortis
dolores inferni apprehenderunt me
et in tribulatione mea invocavi do
minum et exaudivit de templo sancto
suo vocem meam. Ps. Diligam te
domine virtus mea dominus firmamentum me
um et refugium meum. Oratio

Preces populi tui quesumus domine de
mente exaudi: ut qui iuste pro
peccatis nostris affligimur pro
tua nomis gloria misericorditer liberemur
Per. Ad. Commixtio. P.

Nolentes quod hi qui in
stadio currunt: sed unus ac
cipit bravium sic currite ut com
prehendatis. Omnis enim qui in
agone contendit ab omnibus
se abstinet. Et illi quidem ut
corruptibilem coronam accipi
at: nos autem incorruptam. Ego
igitur sic curro non qui incertum
sic pugno non qui aerem ver
berans: sed castigo corpus
meum et in servitutem redigo: ne
forte cum aliis predicaverim ipse
reprobus efficiar. Nolo enim
vos ignorare fratres quia patres
nostri omnes sub nube fuerunt
et omnes mare transierunt: et omnes
in moyse baptizati sunt in nu
be et in mari: et omnes eandem
escam spiritalem manducaverunt: et omnes eundem potum
spiritalem biberunt. Bibebant
autem de spiritali consequente eos
petra: petra autem erat christus.

Auditor. In te domine speravi Qui
abus in tribulatione sperent in te
quoniam non derelinquis
querentes te domine. V. Quoniam